



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Potestatis Abbatvm conferendi Ordines minores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

Prior à fundatione fuerit patronus institutus. Congregatio Concilij censuit ex Decreto huius capite Episcopum posse visitare nisi aliter cautum sit in fundatione, & licet prædictus prior instaret attentis verbis in fine dictæ declarationis, tamen, quia verba institutionis dicti Hospitalis, & iuris patronatus erant huiusmodi, videlicet item rogo, & peto in gratiam, & elemosinam, & propter seruitium Domini Nostri à Domino Priore nunc temporis Beate Mariæ della Mezza Vada Ordinis Sancti Hieronymi, ut tempore meæ migrationis ab hac præsentis vita, & ab eius successoribus pro tempore, & in perpetuum exeuntibus in dicto Monasterio, sint patroni dicti Hospitalis, quod ita fundo, & relinquo fundatum, quos ego nomino in tales patronos successuè unum post alium, ita ut Prior pro tempore dicti Monasterij patronus dicti mei Hospitalis, quod ita fundavi, ut illud visite, & in eo providere debeat, quicquid ei videbitur convenire pro illius sustentatione in quantum sufficient redditus, quos ego relinquo dicto Hospitali, adeo, quod dictus apponat personam fidelem, & bonæ conscientie, quæ locare debeat hereditates, & bona per me dicto Hospitali relicta, exigatq; eorum redditus eosq; iustè, & sincere exponat in sustentationem ipsius Hospitalis, & illius manutentionem, & personarum, & operum ibi bene gestorum, prout redditus per me relicti sufficient, dante dicto patrono tali persone pro eius labore ex redditibus dicti Hospitalis, quod sibi videbitur mereri dictusq; patronus singulo anno recipiat computum dictorum introitum, & visite Capellam, & sciat an Missæ illius quas ego instituo celebrentur, & exigat pœna à Clericis, & Capitulo huius oppidi de Olmedo si eas incurrerint ob non celebrationem dictarum Missarum virtute, & vigore horum verborum, siue clausule prædictæ iuris patronatus, & testamenti, quia in prædicta fundatione non fuit cautum, ut Episcopus nullatenus se immisceret: Congregatio Concilij respondit non bene constare quia fundatio, quæ producit non excludit Episcopos à visitatione.

8 Exemptionis privilegio declarat Cardin. Si loca pia in eorum fundatione exempta facta fuissent ab Ordinario per hoc decretum nihil eis derogatum.

Iuxta Sacrorum Canonum itatuta Concord. text. in c. tua c. Ioan. de testam.

9 Cognoscant, & exequantur Declar. Cardin. Congregat. Censuit Episcopum habere votum absolventis, & condemnandi ceteris deputatis, & illius votum commutari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars votorum condemnat, vel absoluit.

10 Non obstantibus declarat Cardin. Non obstat, quod videatur hæc facultas à iure data Episcopis c. tua, & c. communis de test. bus, & ita Concilium sustulisse eam habentibus ex consuetudine, vel privilegio, nam etiam de iure potest competere inferioribus Prelatis, quia hoc est officium necessarium, & potius dicitur onus, quam honor.

11 Privilegio declarat Cardin. Nec obstat, quod qui debent persolvere aliquod legatum sint officiales Sancti Antonij, vel Inquisitionis, & ideo exempti à Iurisdictione Ordinarij, vel professores in aliqua Universitate ratione literarum conservatoriarum, quæ eximunt à Iurisdictione ordinaria non autem delegata à Sede Apostolica.

12 Aut itatuta declarat Cardin. Concilium hic non sustulit fundationem, quare quando in fundatione cautum est, ut non possit visitari ab Ordinario Ordinarius ex hoc decreto non poterit visitare. Congregatio censuit executionem adversus administratores condemnatos iuxta hoc dec. sine soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue una cum aliis ad ipsummet Ordinarium spectare. Congregatio censuit Decretum hoc debere habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, & licet Episcopis exigere rationem ab administrationibus, etiam locorum mere laicorum, & privatorum generaliter, sine ulla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel Aloyj. Ricc. Praxis Pars IV.

aliqua alia Constitutione aliis reddenda, nisi in fundatione aliter cautum est, nempe, quod rationes, nec Ordinario reddendæ essent. Congregatio censuit Ordinarium ex hoc cap. posse ab administratoribus Hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere donec eorum Ordinario eod. in doctum fuerit de institutione in qua secus expressè cautum sit præsupposita consuetudine potest proprius Sacerdos Hospitalis pauperibus ibi degentibus Sacramenta ministrare, ibique eosdem sepelire, absque interuentu Parochi, dummodo Sacerdos Hospitalis ab Ordinario sit approbatus.

PRAXIS POTESTATIS ABBATVM conferendi Ordines minores.

RESOLVT. DLXXX.

Quid disponat S. C. Trident.

1 Sac. Concil. Trident. sess. 23. cap. 5. ita censuit Abbatibus, ac aliis quibuscunque quarumvis exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius Diocesis consentientibus, etiam si nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur cuiquam qui regularis subditus sibi non sit Tonsuram, vel Minores Ordines conferre, nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras Dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab alijs ordinentur concedant, sed horum omnium ordinario servatis omnibus, quæ in huius Sacrosanctæ Synodi Decretis continentur ad Episcopos intra quorum Diocesis fines existant pertineat, non obstantibus quibuscunque privilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus: penam quoque impositam ijs, qui contra huius Sanctæ Synodi sub Paulo III. Decretum à Capitulo Episcopali Sede vacante litteras Dimissorias impetrant ad illos, qui easdem litteras non à Capitulo, sed ab alijs quibuscunque in iurisdic. Episc. loco Capituli Sede vacante succedentibus obtulerint, mandat extendi concedentes autem Dimissorias contra formam Decreti ab officio, & beneficio per annum sint ipso iure suspensi.

RESOLVT. DLXXXI.

1 Episcopus est dispensator Sacramenti Ordinis.

2 Abbatibus competit facultas ordinandi ex privilegio.

Iurisdicção concessa Abbatibus conferendi ordines an sit ordinaria, vel delegata.

1 Sacramenti ordinis verè, & propriè Episcopum esse dispensatorem de fide definitum est in Conc. Trident. sess. 23. de Sacram. ordinis can. 4. & latè probant D. Th. 3. p. quæst. 65. art. 3. argum. 2. Bonau. in 4. dist. 25. art. 1. q. 1. vbi Ric. art. 1. quæst. 1. & Palud. q. 1. art. 2. Victor. de Sacram. ordinis num. 2. 3. & 4. Praxis noua Episcop. p. 1. c. 1. num. 6. pag. 26. Cocc. in Tesauro Catholico lib. 7. art. 18. Boran. de Sacram. dispu. 8. quæst. vnic. punct. 5. numer. 1. Henric. libr. 10. cap. 21. Vasqu. in 3. p. D. Thom. rom. 3. disput. 243. & 245. Reginald. in prax. for. penitent. lib. 30. numer. 3.

Ampliat etiam si Episcopus esset excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus, adhuc enim retinet characterem, & potestatem conferendi ordines, & si formam Ecclesiæ seruans illum audeat ordinare, validè characterem imprimi, & validè ordines confert, licet minus id faciat, & ordinatus propterea executione careat, ita tex. in c. 2.

Si 2 19. dist.

19. dist. & in c. Dominus §. memento 1. q. 1. c. quomodo de consec. dist. 4. Soto in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. Henric. d. li. 10. c. 2. in princ. de Valentia ad D. Tho. disp. 9. q. 3. punct. 2. vers. pen. to. 4. Fornar. de Sac. ordin. c. 4. n. 2. ad fin. Coninch. de Sac. tom. 2. disp. 20. dub. 9. Bonac. d. punct. 4. nu. 2. & latius infra nu. 18. Bellet. disp. quilibet cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 1. n. 25.

- 2 Ex delegata igitur generica, vel specifica potestate, etiam non Episcopis potest convenire autoritas conferendi ordines minores, prout illis præter Episcop. si nunquam conferunt Abbates inferiores Prælati, aliq; Sacerdotes; de Abbatibus clarum est à iure communi ad primam tonsuram ceterosq; minores ordines posse promovere Conuersos Monachos sui Monasterij, & illos in quos habent iurisdictionem Episcopalem sub quasi c. Abbates de priuileg. in 6. cum contingat, vbi Glof. verb. à non Episcopis de ætat. & qualit. c. 1. vbi Glof. cur. à non Episcop. de ordinat. ab Episc. qui renunt. Episc. c. 1. vbi glof. verb. alia de supplenda negligentia Prælat. Bellamer. in d. c. cum contingat q. 1. vbi Cardin. not. 1. Abb. n. 2. & Butr. n. 13. Nauar. conf. 13. de Abbat. n. 13. de priuileg. & in hoc nihil immutasse Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 10. & Cardin. Congreg. ita decis. prodixit referunt Bonac. de Sac. disp. 8. q. vnic. punct. 4. num. 3. Quarant. in Summ. Bullar. verb. ordo, Iur. Abbatibus.

RESOLVT. DLXXXIII.

- 1 Abbas potest dari administrator.
- 2 Abbas supradictus potest minores ordines conferre.

An Abbas constitutus administrator Ecclesiæ Cathedralis, minores ordines subditis illius Episcopi concedere possit.

- 1 **A**bbatem, qui datus est administrator Ecclesiæ Cathedralis vacanti, eodem minores ordines subditis illius Episcopi, dare possit, tenent Gemin. in c. is cui nu. 7. vers. vidi dubitari de elect. in 6. Felyn. in cap. ante num. 8. de rescriptis, & commendat. Selua de benef. part. 2. q. 6. post num. 3. vbi dicit, quod eodem Mod. poterit, quo potest inuitatus in claustris aliorum exemptorum iure suo conferre tonsuram, & minores ordines, prout inquit ex plurimorum auctoritatibus. Idem Gemin. in c. Abbates num. 6. de priuileg. in 6. ac Maior. de irregularitate lib. 3. ca. 23. num. 12. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 13. post num. 15. de iure enim communi Abbates ordinum Monachalium S. Benedicti minores ordines poterant conferre sibi subditis, non solum monachis, verum etiam & laicis, in quos ordinariam Ecclesiasticam habebant iurisdictionem, vt probat text. in d. ca. Abbates, & tenet Miranda in manual. Prælatorum q. 358. art. 9. conclus. 1. tom. 1. verum Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. hoc restrinxit, & immutauit, vt Abbatibus, & alijs quibusque exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius diocesis existentibus, etiam nullius diocesis, vel exempta esse dicantur cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, Mirand. in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 38. art. 9. concl. 2. vbi etiam asserit conciliarem constitutionem comprehendere Abbates exemptos inuitatos ab alijs exemptis, qui non poterunt ordinare Monachos alterius Monasterij non sibi subditos.

RESOLVT. DLXXXIV.

- 1 Dispensatio interstitiorum ad quem spectet.
- 2 Abbas potest in interstitijs dispensare.

Abbates, qui subditis suis primam tonsuram, & minores ordines possunt conferre, poterunt cum eisdem in interstitijs dispensare.

- 1 **Q**uamuis dispensatio hæc interstitiorum pertineat ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare potest ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis regularibus in hoc casu dispensare, ita Hieron. a Sorbo verbo ordines Sacri, vers. quoad secundum. Eman. in explicat. Bullæ cruciatæ ad finem, Ledelm. in Sum. p. 1. de Sacram. ordinis cap. 8. vers. la difficulda referunt de cefum. Praxis noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 50. pag. 58. & Nos in decis. Curie Archiepisc. Neapolit. decis. 81. num. 1. & in prax. for. Eccles. decis. 561. in 1. edit. & resolut. 483. num. 5. in 2. edit. Henric. in Summ. lib. 10. ca. 23. §. 4. in comment. lit. L. Vgolin. de potestat. Episc. part. 2. c. 26. §. 27. n. 3. de August. in addit. ad Quarant. in Summ. Bullar. in verb. ordo prope finem pag. 395. Ioan. Bapt. ita Consecutus in Collect. priuilegiu Sacri ordinis fol. 156. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. vnic. punct. 5. nu. 34. Miranda. art. 7. conclus. 1.

Sed, quod huiusmodi facultas in interstitijs dispensatione concessa sit, etiam Abbatibus voluerunt Barbosa. de potestat. Episc. allegat. 3. num. 6. & seq. Nald. in variar. resolut. verb. Abbas num. 8. post Viui. in decis. 314. Sorbo in compend. priuilegiu mendicantium verb. ordo, Miranda in manual. Prælatorum quæst. 38. tom. primo artic. 7. conclus. 3. Campan. in diuers. iur. canon. Rub. 12. num. 13. & 42.

Licet Abbas ordinans subditum, non seruatis interstitijs, nullam penam incurrat, prout resoluunt Nauar. confil. 4. num. 1. in nou. de temporibus ordinat. Nos in praxi fori Eccles. resolut. 483. n. 7. in 2. edit. nec ordinatus aliquam contrahit censuram, vel irregularitatem, ita prax. Episcop. p. 1. verb. ordo §. 8. pag. 79. p. 2. eodem verb. vers. ad quintam, Sayr. dec. 56. sub tit. de tempor. ordination. quem referimus Nos in collect. decis. p. 3. collect. 576. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 43. praxis noua Episcop. d. cap. 1. n. 50. vers. nullam, Bonacin. de Sacram. dict. punct. 5. n. 35 & de censur. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. n. 7. vbi tamen resolut recipientem ordines non seruatis interstitijs peccare, si faciat absque licentia Episcopi, quamuis contrarium teneat Henric. in Summ. lib. 6. c. 10. §. 3.

RESOLVT. DLXXXV.

- 1 Abbates non possunt literas Dimissorias clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur concedere, sed tantum pro regularibus sibi subditis possunt.
- 2 Eiusdem potestatis est ordinare, & literas Dimissorias concedere.
- 3 Ordinatio Clericorum secularium ad solos tantum Episcopos pertinet.
- 5 Papa non potest dare licentiam ei, qui non est ordinatus conferendi ordines Sacros, quia nemo dat, quod non habet.
- 6 Licentia audiendi confessiones non potest demandari personæ non idoneæ, potestatem audiendi non habent.
- 8 Sublato antecedenti, sublato etiam censetur consequens.

An Abbates possint promouere ad Ord. Minores seculares habentes Dimissorias sui Episcopi.

Tria requiruntur in Abbatibus, vt minores ordines conferre possint; nempe, quod sit presbyter, secundo, quod benedictionem acceperit, ac tandem, quod proprio Monach. conferat ita Franc. Marc. Delphin. decis. 1082. num. 2. lib. 1. & decifum refert praxis noua Episcopalis part. prima c. num. 6. par. 26.

ex quibus concluditur facultatem huiusmodi non posse per Abbates exerceri secularibus habentibus Dimissorias ab eorum Episcopis, ut censuit Rota 27. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est.

- 1 Fuit mihi iniunctum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Card. Matthæo, de ordine Sanctissimi Domini Nostri, ut sequens dubium proponerem in Rota, an Abbates, qui habent facultatem conferendi Tonfuram, vel Minores Ordines subditis suis sibi regularibus, possint stante Decreto Concilij Trident. ca. 10. sess. 23. Tonfuram, ac Minores Ordines conferre, personis secularibus habentibus literas Dimissorias à suis Ordinarijs, & re mature discussa, Domini iuerunt in sententiam negatiuam, ut non possint, quamuis enim de iure communi ante Concilij dispositionem Abbates ex priuilegio Apostolico habentes iura Episcopalia possint conferre Primam Tonfuram, & etiā Ordines Minores saltem, vsque ad lectoratum ex sententia gl. in c. Abbates in verbo Tonfuram de priuilegio in 6. non solum Monachis, & Conuersis suis, sed etiam puris laicis, nec conuertendis dummodo in eos Episcopalem iurisdictionem obtinerent, ut per illum text. tradit gl. in dist. c. Abbates in verb. quasi Episcopalem, & post Guid. & Archidiaconum in c. quoniam n. 6. dist. 69. cui sententiæ accedit Innoc. in rubr. de cleric. peregr. n. 3. Angel. Clauusius in Summ. in verb. ordo 2. post Ioan. Andr. & Burr. in c. cum contingat de etat. & qualitat. Tamen Concilium restringere voluit hanc facultatem ad regulares subditos tantum, ut in his liceat Abbatibus quantumvis exemptis Tonfuram, vel Minores Ordines conferre, & quamuis verba sint clara, ita ut nulla comprobatione indigere videantur; potest nihilominus hæc sententia confirmari ex eo, quod in eodē loco prohibetur ne ab Abbatibus literæ Dimissoriæ Clericis secularibus, ut ab alijs ordinentur concedantur, cum enim eiusdem sit potestatis ordinare, vel literas Dimissorias concedere c. 1. dist. 72. satis apparet eis adimi facultatem dandi Dimissorias, quia neque
- 4 etiā ordinare possunt, & ideo denegatur eis hæc facultas respectu clericorum secularium tantum, quorum ordinationem ad solos Episcopos vult pertinere, & hoc probabiliter ea ratione, quia voluit religiosos vacare alijs negotijs, præter ea, quæ ad eorū religionem pertinent, & quia forte multi his facultatibus abutebatur in præiudiciū Episcopalis dignitatis, ad quā solā
- 5 de iure spectat ius ordinandi suos subditos c. nullus de temporibus ordinat. Hinc sequitur Abbates non posse subditos alienos, cum Dimissorijs proprijs Episcopi ordinare, nā quemadmodū Papa nō potest dare licentiā
- 6 ei, qui ordinatus non est, conferendi ordines Sacros, ut tradit Innoc. in c. quanto de consuetud. cum nemo det, id quod non habet; ita neque per Dimissorias suas potest Episcopus dare facultatem vni, qui ea facultate ex dispositione Concilij caret, prout etiam videmus, quod consecratio suffraganei ab Episcopo committi debet ei, qui alias eius muneris obeundi sit capax c.
- 7 quod Ledem. de officio ordin. & ibi Doctor. & similiter audientia confessionis potest demandari ab inferiori à Papa dūmodo persone idoneæ, & potest audienti confessiones habenti demāderetur, ut tradit Steph. & Gaetan. in repet. c. ad limina §. 5. n. 257. quæst. 1. Quod eo magis in hoc Decreto Conciliari standum est cum veniat addendo, & immutando respectiue dispositionē iuris communis, ut patet ex illis verbis, non liceat in posterum, cum itaque ex iuris communis dispositione ipsi Episcopo non liceret alienum subditum ordinare sine Dimissorijs dict. c. nullus Episcopus de temporibus ordin. videretur superflua hæc prohibitio Concilij respectu non subditorum nisi intelligeremus, etiā in casu in quo ordinandi haberent literas Dimissorias, ideoque concludendum est ex mente Concilij, neque

Prax. Aloys. Ricc. Pars IV.

etiam licere cum Dimissorijs ordinare, ex quo sublatā est præcisē, & absolūtē facultas Abbatibus conferendi ordines, præterquam regularibus eis subditis; nam sublato antecedenti necessario sublato etiam censetur consequens ex eo proueniens, ut per Bal. in l. conuenticula num. 3. versic. item argumentum à remotione generis Cod. de Episcop. & cleric. & in leg. 1. nu. 11. Cod. de fideicommiss. hocque est dicendum omnino ne incidamus in absurdum, quod licentiā inferioris tollat inhabilitatem prouenientem ex lege superioris c. cum inferior de maiorit. & obedient. c. inferior distinct. 2. cum similibus, & ita conclusum salua semper Sanctissimi Domini N. determinatione.

RESOLVT. DLXXXV.

1 Subditus dicitur tripliciter.

Subditus, quis dicatur, ut possit ad minores ordines promoueri ex S. C. T.

- 1 Licet tripliciter, quis efficiatur subditus, & Dicesanus Episcopi ratione, scilicet originis, ratione domicilij, & ratione beneficij c. cum nullus de temporibus ordinat. lib. 6. Frat. Eman. quæst. regul. tom. 1. q. 18. art. 4. Paul. Romitol. resp. moral. lib. 6. quæst. 46. Fornar. de Sacram. ordinis c. 5. num. 6. prax. noua Episcop. p. 1. c. 1. a num. 8. pag. 27. Henric. in Summ. lib. 10. c. 24. num. 1. Quaranta in Summ. Bullar. verb. ordo Leon. Lesside iustitia lib. 2. c. 44. dub. 19. n. 92. Nos in Prax. for. Eccles. decil. 298. in prima edit. & resolut. 257. in prima edit. Campanil. in diuersor. iur. canon. sub. 9. c. 8. n. 8. cum sequent. Bonacin. de Sacr. dist. 89. vnic. punct. 4. a num. 8.
- 2 Nihilominus supradicta minimè applicari possunt casui nostro, siquidem procedunt, quo ad ordines suscipiendos ab Episcopis, non autem ab Abbatibus priuilegium obtinentibus, cum supradicta qualitate subiectionis; puto tamen, quo ad hunc effectum is subditus dicatur, qui sub Abbatis ordinatis regula professus est, ut voluit Nald. in sua Summ. variar. resolution. verbo Abbas numer. 3. & seq. ubi pariter refert simplicem subiectionis speciem, scilicet patriæ Dominiæ, & religionis, allegat Bald. in cap. primo de pace constantia, vid. Henric. consil. 71. num. 6. & seq. Monald. consil. 16. num. 6. post Burr. in consil. 26. num. 10.

RESOLVT. DLXXXVI.

1 Subditus non dicitur in temporalibus.

An subditus Abbati in temporalibus tantum, possit ab eo promoueri ad ordines minores.

- 1 Puto minimè posse, ita Naldus in Summa verb. Abbas, Henriquez consilio 12. numer. 6. Menoch. consilio 666. numer. 15. & seq. vol. 4. Surd. consilio 17. vol. 1. qui dicunt, quod subditus esset tantum in temporalibus, puta si Monasterium haberet iurisdictionem temporalem in aliquo loco, non posset ab ipso ordinari, nisi haberet Dimissorias sui proprijs Episcopi, & idem esset, quoad alios regulares ei non subditos respectu suorum Prælatorum, quorum similiter Dimissorias habere deberent præhabita semper facultate, & consensu Episcopi illius loci in cuius Diocesi Abbas alienum subditum in prædictis casibus ordinare vellet nouissimè docuit Vgol. de offic. & potest. Episc. par. 2. fol. 26. in hoc autem allegat declar. Sacr. Congr.
- 2 Sed quia plerumque non constat de veritate huiusmodi declar. Sacr. Congr. quæ quidē cum certe omni veneratione, atque reuerentia omnibus esset habenda,

§ 3 da,

da, propterea in facti contingentia consulerem ei, qui de ipsis authenticam, atque certam fidem non haberet, ne vilo modo recederet a contraria sententia Rotæ in his propriis terminis, vt per Seraphin. p. 1. decis. 985. vbi concorditer tenuerunt mentem Conc. Trid. fuisse dirimere Abbatibus secularibus facultatem conferendi primam tonsuram, & ordines Minores personis secularibus, etiam habentibus literas Dimissorias prout eis competeat ante Concilium, vt patet in ca. nullus Episcopus de temporibus ordinat. eamque refirmixit ad suos subditos tantum regulares; Concilium enim per illa verba non liceat in posterum venit addendo, & immutando respectiue dispositionem iuris communis, videretur ego superflua hæc prohibitio Concilii respectu subditorum nisi intelligeremus eam etiam in casu in quo ordinandi haberent literas Dimissorias, & absurdum esset dicere, quod licentia inferioris tolleret inhabilitatem prouenientem ex præfata lege Conciliarii Superiori, vt optimè deducitur ibi per Dominos.

RESOLVT. DLXXXVII.

- 1 Noutij non sunt vere religiosi.
- 2 Noutij non dicuntur subditi.

Noutij an veniant nomine subditorum, vt promoueri possint ad ordines Minores ab eorum Abbatibus.

I Cet nouitij dici nequeant religiosi iuxta text. vbi communiter notatur in cap. religiosi de sententia excommunication. Angel. in verb. relig. num. 24. rectè tamen, & validè nominantur Ecclesiastica personæ per gloss. in cap. Relig. §. quamuis, non possit de sentent. excommunicat. in 6. & privilegio etiam fori gaudere, vt non possint conueniri coram Iudice seculari, ita Ias. in auth. si qua mulier num. 59. Cod. de Sacrosanctis Eccles. Buanol. a Sole in locis comm. verb. nouitius, Galet. in Margarita casuum conscientiarum verbo nouitius, Moder. de iurisdic. part. 4. casu 121. num. 24. Curia Philipp. part. 3. §. 1. nu. 12. Sayr. in floribus decis. lib. 2. tit. 2. decis. 3. Cenal. commun. contra commun. tom. 4. quæst. 897. num. 1026. Azor. instr. mor. par. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 2. Gut. de gabell. quæst. 95. nu. 22. cum sequentibus, Eman. quæst. regul. tom. 3. quæst. 51. art. 12. Campanil. in diuersorum iuris Canon. rub. 12. cap. 3. num. 27.

Verum non veniunt sub appellatione subditorum regularium, de quibus in Concil. Trident. cap. 10. qui non possunt Ordines suscipere a super. reg. licet suis subditis minor. ordin. conferre possint, sed utique ab Episc. in cuius Diocesi existit Monasterium, quod incolunt tempore probationis, ita Lapus in cap. cum nullus num. 3. vbi Anch. num. 3. atque Franch. num. 5. de tempor. ordin. lib. 6. Mir. dict. art. 9. concl. 2. in fine ordin. lib. 6. Henr. in Summ. lib. 10. cap. 23. §. 3. in com. lit. GG. Mir. dict. art. 9. concl. 2. in fine, ex ea scilicet ratione nequeunt præfati Abbates, Nouitij suis Minor. Ordin. aut Dimissorias pro ipsis suscipiendis concedere, quia valent retrogredi, & illorum aufugere superioritatem; Alioquin ordinantes huiusmodi nouitios incurrunt suspensionem comminatum in Concil. Trident. d. c. 10. prout tenere videtur Maior. de irregular. lib. 4. c. 2. sub num. 11. quamuis promouentes Nouitios non incurrere præfatum suspensionem crediderunt minus bene Henric. dict. ca. 23. §. 4. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 13. num. 5.

- 2 Ex is pariter deducitur rectè dici subditos ad effectum, vt promoueri valeant ab eorum Abbatibus.

RESOLVT. DLXXXVIII.

- 1 Conuersi sunt vere religiosi.
- 2 Conuersi dicuntur subditi.

An conuersi dicantur subditi, vt ab Abbatibus promoucantur ad Ordines Minores.

Conuersi, qui Religiosi sunt, eo, quod tria illa vota paupertatis, castitatis, & obedientie emittunt, privilegio fori, & exemptionis a potestate seculari, & a tributis gaudent, prout resoluit de Mena variarum lib. 2. quæst. 21. nu. 194. Hi vulgo dicuntur Fratres laici, non quod Ecclesiastica personæ, & Religiosi non sint, sed quia Ordinibus carent, & Clerici non sunt sicut alij Monachi, & Religiosi, ita Peregr. variarum lib. 6. nu. 70. Bellug. in Speculo Princip. rubr. 11. §. videndum nu. 6. ver. item comprehendendi, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 28. Eugen. consil. 26. n. 10. Camill. de Curt. in diuersoriorum seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 92. de Grassi. de effectu 1. n. 96. Garfia de benef. p. 1. c. 4. num. 11. Miranda in manual. Prælatorum tom. 1. quæst. 29. art. 1. concl. 1. sic etiam huiusmodi conuersos gaudere privilegio Canon. si quis suadente 17. q. 4. per c. parochian. 9. de sententia excommunic. resoluunt Nauarr. in manu. c. 77. num. 79. Suar. de censur. disp. 22. lect. 1. a num. 19. Paulin. Berti Lucen. in prax. criminal. regular. tit. 1. cap. num. 2. Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 4. puncto 1. nu. 6. Miranda dict. quæst. 29. art. 3.

RESOLVT. DLXXXIX.

- 1 Abbates gaudent privilegio fori.
- 2 Abbates dicuntur subditi Abbatibus.

An Abbates dicantur subditi ad effectum de quo supra.

Ordinati, qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, gaudent privilegio fori, Moder. de iurisdic. tion. par. 4. casu 113. num. 37. Tufchus practic. concl. lit. O. conclus. 16. Peregrin. variarum lib. 6. n. 71. Paulin. dicto c. 3. num. 3.

2 Ex quibus deducitur illos dici subditos ad effectum de quo supra.

PRAXIS IUDICVM ADIVNCTORVM
Capitulorum ad ornatum S. Conc. Trident.
sess. 25. cap. 6. de reformat.

RESOLVT. DXC.

Quid disponat S. C. Trident.

Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de reformat. ita censuit. Statuit Sancta Synodus, vt in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis decretum sub Felice. Recor. Paulo II. l. quod incipit, Capitula Cathedralium: obseruetur non solum, quando Episcopus visitauerit, sed, & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra aliquem, ex contentis in dicto decreto procedat: ita tamen, ut cum extra visitationem processerint, infra scripta omnia locum habeant, videlicet ut Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius, tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus, usque ad finem causæ inclusiue, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consuetudo tribunali procedere teneatur. Vnum aut tantum sit utriusque votus, possitque alter Episcopo accedere, quod si ambo